



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o. ii

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

LXXXI

**Julij. omnia festiae de communis
apostolorum. Lectio prima.**

Tacobus apostolus filius
zebedei frater iohannis
dum post ascensionem domini per
iudeam et samariam predica-
ret tandem in hispaniam trans-
siens ibidem verbum dei semi-
nauit. Sed dum propter nouem
discipulos quos ibidem acquisi-
sivit nil proficeret duobus ex eis
causa predicandi ibi relictis
alios septem secum assumens
iterum rediit in iudeam. **Lc. ii.**

Quoniam in iudea predicaret
non esse alium deum nisi pa-
trem et iesum christum filium
eius a iudeis crucifixum et spi-
ritum sanctum magus quodam
hermogenes nomine discipuli-
suum philetum misit: ut bea-
tum iacobum coram iudeis ra-
tione conuinceret. et suam pre-
dicationem falsam esse ostendere-
ret. Sed versa vice phileto
ab apostolo rationabiliter instru-
ctus doctrinam eius approba-
uit. fidem christi recepit. et ad
hermogenem rediens: quinque
relicta arte magica iacobi di-
scipulus fieret fideliter exhortan-
do persuasit. **Lectio tercia**

Hermogenes autem iratus ma-
leficijs suis confidens magis
cepit phileto et apostolo aduer-
ti donec apte cognoverat ma-
leficia sua preualere non posse
secus per ea miserabiliter illusum

surpiterque confusum. Unus pro-
iectis in mare artis sue magis
ce libris ad apolem rediit et pla-
tas eius tenens dixit. Anias
rum liberator accipe peniten-
tem quem inuidenter tibi ac de-
trahentem hactenus sustinui-
sti. Eripit quoque in dei timore
perfectus esse adeo ut virtutes
plurime per eum fierent. **Lc. iii.**

Videntes igitur iudei Her-
mogenem conuersum zelo con-
moti sunt et missi fune in col-
lum apostoli ipsum ad herodes
agrippam trahunt. Lungi ius-
su herodis ad decollandum du-
ceretur paralyticus in via iace-
ti atque ad eum per sua sanacione
clamanti ait. In nomine iesu
christi pro cuius fide ad de-
collandum ducor exurge sanus
et statim sanatus surrexit et do-
minus benedixit. Tu autem
domine miserere nobis. **Lc. v.**

Hec videns iudas scriba qui fu-
nem in collum apostoli miser-
rat et trahebat ad pedes eius
se proiecit et venient petes Christi
anum se fieri postulauit. Qui
a beato iacobo baptizatus iu-
bente herode cum apostolo ca-
pitis obruncatone martyrii
feliciter consummarunt. Tu au-
tem domine miserere nobis.
Deo gratias. **Lectio sexta**

Discipuli vero apostoli corpora
eius nocte timore iudeorum
rapientes nauim sine remige

ss. viii